

Оссолінські колекції.

CD – диск виконано в рамках угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.

Zespół (fond) 4.

Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

749. Vita Sancti Stanislai secundum Vincentium Ord. Praed. E Cod. MSS. Sac. XV (odpis A. Batowskiego 1839).

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Львівська бібліотека
АН УРСР

ВІДДІЛ РУКОПИСІВ

Баб. 749

Vita
Scti Stanislai

e Codic MSS.

Seculi XV.

749

Nr. 749.

~~XXXX~~

V 9 4

Vita
Sancti Stanislawi
e Ladui
M.
seculi XV.



Ms. Ex. Lib. Opol.
ms. Dzierzowski
N. 45. f. 184-187.
839
Copia.

Vita sancti Stanislai.

De Etimologia nominis etc.

Stanislaus ex latino sermone etimologizatum in polo-
nico stans laus vel stans laudi seu stans laudis potest dici.
Stetit enim in laude dei propensus vel laus dei stetit in
ore ipsius et laudi annuens insistit; quia secundum aposto-
lum psallebat spiritu et mente. Stetit etiam laus dei in
ore ipsius qui dicebat cum propheta: "benedicatur dominus in
omni tempore etc." Perstetit etiam laus dei in ore ipsius,
quousque ad mortem pro laude ipsius iusticie agonizari non
timuit et solam glorie in consummatione promeruit. Cuius
vitam scripsit frater Timercius fratrum ordinis predica-
tionum thrahens eam de chronicis polonorum et descripsit ip-
suis sanctitatem et miracula in (sic) cronica et ubicunque
valuit reperire.

l. more - ex²

Sanctus Stanislaus ut annuales gestorum Polonie tradunt
hystorie de nobili polonorum processit origine legitur in cro-
nicis polonorum quod post mortem magni regis Boleslai
filius eius Mersko pro eo regnavit: anno domini MCLX
quinto. Cui successit filius nomine Kazimirus, qui cum
matre per nobites Polonie in almaniam est expulsus, tunc
Kazimiro beatus Stanislaus episcopus contemporaneus
fuit. Ut Stanislaus quidem in Polonia, Kazimirus
vero in Almania litterarum apicem dinoscitur adigisse;
hic primum a nativitate sue inicio benedictionibus dulce-
dinis est proventus, fuit enim eleganter natus, in cultu christi.



Christiane religionis educatus, deo devotus, mente pueri-
cus, corpore castus, habitu reverendus, locuplex rebus,
moribus maturus, ingenio acutus, in sermone discretus,
in consilio providus, in iudicio iustus, ad omne bonum abi-
lis et promptus. Quicquid boni intellexit vel audivit armonio
riolo pectoris studiose commendavit. Traditus autem litterarum
cum studiis, cepit pueriles ludos vitare, civium lascivi-
viam fugere, studio intendere lectioni vacari; in liberalibus
artibus canonicis et in divina pagina non modicus esse per-
hibetur. Unde famam audiens, odore, honeste conversatio-
nis delectatus, dominus Lampertus qui et Lula dictus
Cracoviensis episcopus ipsius in ecclesia sua constituit
canonicum. Qui solum more se consulit divino famulatu
et quasi stella matutina in medio nebulae et inter fratres
radiis exemplorum radiabat, deinde dicto Lamperto defun-
to per electionem canonicam ad pontificalem cathedram digne-
tate / dignitate / sublimatus. Hic cepit verus pastor in-
per gregis custodiam vigilari et sibi commissam ecclesiam sollici-
te gubernabat. Et cum esset omnium prelatus, omnibus
cum humilitatis virtute superbiam detestans volebat esse
subjectus. Erat nihilominus in correptione iustus parochias
suas prout solent visitans per se vel per archidiaconos, vi-
cia detestans et corrigens sicut pater ministros ecclesie ver-
bis penis et exemplis ad vite sanctimoniam, mundiciam,
que zelator solitus, invitabat et regebat. Talimodo, quos
preibat paterna ammonicio, et correctio non aderat filius,
hos beneficio spoliabat et pellebat de sua dyocesi ne con-
suetudine pestifera plurimos macularent. Felix presul

Stanislaus licet iustus et reverens in rebelles peccatores,
 tamen humiliter penitentes largo nunc recipiebat affecto.
 Confessiones pauperum et divitum dulcius audiebat. In
 causis matrimonii ducendiis industrius erat et promptus. Et
 causam quam noscebat, diligenter requiebat. Ad clamorem
 pauperum aures habuit intentas, et oppressos eruit quos po-
 tuit de manibus violentis. Viduas pupillos et orphanos quos
 per episcopatum habuit elemosinis nunc occulte nunc mani-
 feste tamquam pater pietatis sustentabat; mensa eius ne-
 cessariis habundans communis erat maxime hospitalis,
 clero, viris spiritualibus et egenis, nunquam superfluis uti-
 eciam erant consuetudines; sed longas comestationes noctur-
 nasque potaciones cantilenas Plororum plausus manum os-
 cula salutationum ex ritu gentiliu tracta, tamquam vene-
 ni poculum abhorrebat; familiam clientelam domesticam
 usque vir castus et pudicus sub omni castitate incedere doce-
 bat et virtute. Curiales ipsius et benefici exemplo vile do-
 mini sui provocati ubicumque morarentur in via vel in
 domo nulli erant penitus onerosi. Decimas suas vel vendi
 vel colligi faciebat tempore opportuno scilicet quando omnino
 forent, sine messis et pauperum lesione. Erat nihilo-
 minus beatus Stanislaus in correptione zelator et
 in vigore iusticie rectus. Culpas enim delinquentium
 cuiuscunque dignitatis vel potestatis essent secundum tem-
 pus et personam impertine et oportune arguens tam-
 quam dissimulatores et palpatos vicionum reprehendi et corri-
 pi non metuebat. Unde contigit ut propter zelum pietatis
 mundicie, iusticie et castitatis coronam adeptus in
 martyrij per hunc modum. Supra dictus vero Kazis-

2. (Sic).

1/
Kaximirus qui in Almania exul existens duquerat et
non modicum proficiens ierat in Franciam et Clunia
co cenobio ordinis Sancti Benedicti spiritu Dei inflam
matus sub habitu monachali Deo sedule VII. annis cum fra
tribus militavit. Sed cum tota Polonia hereditus esset de
spidula ipsarum nobiles polonie querere sunt coacti, quem
post plurimos cruciatus et labores in Cluniaco coenobio (?)
hospitantes reperierunt. Cum autem perciperent eum voto
sollemni obligatum usque Romam laborantes summo pon
tifici Benedicto IX. legacionem preceperunt, differenti acio
nem petunt allegant quoque calamitates Polonie profana
cionem fidei Christiane, incendia eulsiarum subversiones
urbium, violationes virginum, oppressiones viduarum, effu
sionem sanguinis innocencium et multitudinem Christia
norum utriusque sexus deductam et reductam in servitatem
Puthonorum. His auditis papa Benedictus de solationi
bus Christianorum compassus gentique orbata principe mise
ratus Kaximirum ad tenenda regni Polonie gubernacula
redire decrevit et eum eodem rege Kaximiro ut matris
monium possit contrahere legitime misericorditer dispen
savit. In cuius recordacionis memorabile signum Polo
nis indixit dictus papa ut in tonsura deinceps se religioni con
formari tenerentur, et pro alendo lumine eulsiie Sancti Pe
tri Rome incensi solverent quod vocatur Szuatapetrie id
est Denarium Sancti Petri, hic in poloniam reverens
uxorem duxit de Anisia generosam nomine Dobronegam
de qua genuit III. filios: Boleslaum, Wladislaum, Mes
cam et Donem. Igitur post obitum Kaximiri qui
obit anno domini MLIX. Aaron episcopus Cracoviensis
qui fuerat monachus Syniciensis (sic) obit. Cui suc

successis supradictis Lambertus qui et Sula dicitur. Anno
 mortuo anno domini MLXXII. sanctus suscepit Stanislaus, et
 octavo sui episcopatus anno ad martirii palmam pervenit
 sub rege Boleslao III. Idus aprilis luna VI. feria quinta
 post octavas pasce cum cantatur: " Surrexit pastor bonus,"
 sub Gregorio papa III. (sic) III. Iste improbus Boleslaus III.
 pro recuperandis terminis Polonie quos amiserant patres
 sui suo fixatus exercitu regiones plurimas peragravit et
 comisit multa bella contra rebelles naciones. Jam vero VII.
 annusolvebatur quo rarus in patria continuus in castis semper
 vero apud hostes morabatur commixtus in gentes et
 servit eorum in mundiciis intermissio studio virtutum fac-
 tus est sententia omnium viciorum. Traditus quoque est in
 reprobrum suorum sicut equus et mulus quibus non est
 intellectus; passionibus ignominibus affectus, carnis sue
 sequens luxuriam gloriam suam in ignominiam suam
 et naturalem usum imitavit in eum usum qui est con-
 tra naturam. Insuper idem Boleslaus proavi sui magni
 Boleslaj regis audaciam emulatus prout erat vir belligerum.
 Di fladicos terminos quos amiserant patres ipsius volens
 recuperare et ad suum Dominium reducere decrevit in valvis
 Kyovijensibus limites regni Polonie reformare. Unde
 Russie partibus imperiose peragratis omnibus copiis
 divitiarum capi dedignatus, solo victorie thriumpho spre-
 tis opibus erat contentus. Tadem consumpta ibidem omni rebel-
 lione, suffraganeum imperii qui principibus Russie preerat
 regem instituit. Ami ut coram sibi subiectis appareret gloria,
 sive regi supplicat Boleslao ut eum sui dignitate occu-
 sive amplectaret, ami talenta secundum numerum passim
 recepturus. Indignatus a se peti Boleslaus quod regie

3. Mystka bo
 IV.

celsiudini non competit, absurdumque videri imperialem maiestatem ad questum inclinari, absurdius esse gratiam venalitate censeri; precibus tamen victus non precio nec munusculis id se facturum spondet, gratie vero argumentum venienti quale pietas exhibet. Regis igitur barsam (barsam) venientis apprehendit quam Diellicanus creberrime concubil: Sic inquit est hoc tremendum caput quod ros o Antheni contremiscere convenit. Ternque vehementius concuciens ait:

"Sic vii deest nobis quem nos dignamur honore!"

Aspice quantum gratie in Boleslai conspectu auri gratia meruerit. Dein de Ungariam adire parat, volens etiam ad Danubium revocare metas regni Polonie; at illi primis aditus eisdem armis obstruere contendunt, sed illorum truncatis corporum plus impedimento fuisse ingressuris quam arma. Nam creventis iamtor enis ianuas aperuit introitus et aperiendo clausit et claudendo aperuit. Tunc enim obices cadaverum gladio prostrati etiam vias fecerunt invidas ut non sine difficultate transmeandi patuerit facultas. Videns autem rex Hungarie Salomon tam sibi quam suis prelii imminere discrimen pacis deprecatur conciliamina: C. milia talenta. Cui Boleslaus: Polonos inquit non delectat aurum habere sed habentibus aurum imperare; turpius est enim inquit, precio vicini quam prelio imbubere⁴ [incumbere?] Nec regibus convenit in istoria commercia tractare quibus opus est armis non opibus. Victus itaque Salomon tanquam regno excessit prelio⁵ [tam regno excessit quam prelio] Cum eius alumnus Polonie Vladislaus munere Boleslai in regnum successit, accidit inerea in fructuosissimas Salsalium ac Bohemorum Moravorumque acies in campis septimus Polonie castra metari quas rex impiger a tergo percuciens omnes omnino (?) redeundi dimisit facultates. Cumque incautos occupare potuisset, absit inquit ne nostre titulis victorie quodam insidiarum latrocinio ferescat, sese prelo nunciat non moridos iubet esse classem secum commissuros. At vero ille leo bohemicus mox leonis feritatem deponens vulpina inquit affluca. Indignum est inquit ut tanti regis ad tam exiguos inclinetur

4. sic.

5. sic.

6. sic) - more
conflictuos.

Dignatio quin potius in suorum tranquillitate castrorum crastinum a Bohe-
nicis proestolan dignetur obsequium. Noctis igitur prolecti clipeo fugam
ineunt pre proelio, quos trans Moravie fines insectatus apris dente insequi-
tur fulmineo, non elati parcens non generi non conditioni. Omnes autem
morte mancipat aut vinculis. Tursus Pomeranis in consiniis Polonie
piscam agentibus tanquam de redditu eius dubitantibus precepto avo-
lat Boleslaus. Prones spaciosi fluminis interiecta iam securas
conspicatur et rapidissimo insilens torrenti, arbor inquit
calulorum feras venabulis impingit; exclamat singulis.

"Occupat extremos scabies me tempore relinquit."

Multi igitur armorum pressi mole fluctibus involvantur, pauci
cum rege vix evadunt et quamquam inermes de armatorum
multitudine triumphant. Ob hanc causam Poloni plenis ar-
mis uti decreto obmiserunt.

Factum est autem cum rex Boleslaus exterarum regionum suo
signatus exercitu peragraret et contra rebelles multa prelia
commississet iam VII. annus vertebatur quo recuperandi terminis
regni Polonie rarus in patria continuis in castris semper vero
apud hostes morabatur. Tunc res reipublice quantum comodi et
utilitatis adtulit tantum post modicum discriminis ingessit quan-
tum cumque in se honesti habuit exercitationis tantum pede pepe-
rit insolencie ac dissolutionis. Rege si quidem vel dictum perdu-
tissime extra patriam immorante interim uxores et filias
dominorum servi ad vota sua inflectunt, quasdam expectacio-
ne maritorum fessas, alias desperatione deceptas, vi nonnul-
tas ad serviles amplexus protrahunt, denique servi ut scrip-
tum est (delicta comissa ulcisci*) pertinaces, in domos
suos, lares ipsorum et cubilia occupant municipia contra con-
versuras firman, et non solum municipios extruunt ve-
rum etiam reverentis bellum infligunt. Ac vero nobiles Pol-
ni qui cum rege fuerant in castro multo tempore demorati

*) ~~delicta~~ stowa niemyra nęch —

comperta fama tante prodicionis ac sceleris perpetrati, zelo ini-
urie vindicande armis concitati; contra regis imperium reversi
sunt in Poltoniam illicentiati. Eadem servorum municioni-
bus vix expugnatis pro singulari temeritate singulari-
bus eos et inauditis perdidit supplicis. Sed et feminas
que ultra servis consenserunt ac legitimi tori prevaricatrices exti-
terunt propter facinus atrocissimum et nullo proorsus flagicio
conferendum penis atrocissimis perierunt. Ex tunc olea in olea,
strum et fenus versus est in absinthim. Post multas tandem
victorias elevatus in superbiam bellue regentis indutus in
Quens? sericiam, frenatis animis in Poltoniam redit et in
suos ab hostibus bellum intorsit, retorsit? fingit illos iniurias
suas non in plebe ulcisci, sed in rege regiam magestatem
persequi. Gloria enim regis in multitudine plebis, plebe vero
remota rex quid est? Uliciam sibi non placere vitas uxori-
coo pro quibus plus placeat causa feminea quam principis
obsequella. Conqueritur nihilominus se non tam apud
hostes ab ipsis deserulum quam hostibus utro et studiose
expositum. Proinde maiores et precipuos capitis abscisio-
ne dampnat et quos aperte capere et primere veretur
insidius agreditur. Mulieres vero, quibus manus pepercerant
Quiti humana mansuetudine, tanta miscelatus est immanitate,
ut ad eorum ubera calulos applicare non horuerit infantulis
abicitis, quibus etiam pepercerat si Scytha vel gentilis fuisset.
Astuebat ⁸ asperabat? enim oportere potius extirpari quam
mortuorum scandala loveri. Quos mulieres rigenae, quod ma-
trone nobiles quos maritate pudice servili prostituta sunt
inefflu, habite hostentui. Denique quos servorum in do-
minos conspirata est malicia quos capita supplicis ex,
posita hoc de illa exiciali pena emanavit, hoc de fonte

7. Sic

8. Sic.

amanis. Divinis eius processit. Quem Sanctus Stanislaus
 Cracoviensis episcopus cum ab hac traxculencia preve non
 posset revocare premissa amonitione prius quidem illi
 regni cominatur exiduum tandem anathematis violentat
 gladium, ecclesie quoque donogat introitum; ille ut linguam
 tortuosissim et aridum quod facilius frangi potest quam dirigi
 maion vesania induitur maion obstinacione induratur.

9. sic.

In ecclesia igitur Sancti Michaelis de rupella sancto pre-
 sule celebrante divina mox aram inter risulas / infulas /
 non ordinis non loci non temporis, sanctorum non divinorum
 potestatem advertens, nec maiestatem, ab ara uibet presu-
 tem et occidi. Ad quem satellites licet diriguntur crudeles,
 quocumque sruere temptant, sociens cadunt sociens compuncti
 nuunt, tercio prostrati mansurescunt. Tuas videns similiter
 (?) ipsos obuirgat et inelamat: Quid quid irignari et Dege-
 nerec unum sacerdotem trahere non varetis! Demde
 veniens ad aram ut Doctus Goumeus in Christum domi-
 num manus iniecit violentas.

Ipsium sponsum a gremio sponse pastorem ab ovili, pa-
 trem inter filie amplexum et filium in maternis obtuncat
 visceribus. Sic iustus cadit coram impio. Sic bonus mori-
 tur pastor pro grege suo. Sed Deus optimus qui in sanctis
 inis mirabilis predicatur ad declarandas et servandas gloriosi
 martiris reliquias, celestes et terranas subito creaturas de-
 pulavit. A quatuor mundi namque partibus adeo in quo
 (?) non (est) dubium misse vise sunt aquile quatuor ad volare
 que locum passionis circumvicantes ut a contactu sacri cor-
 poris volueres alietes que alios sanguipretas abigend et arcent
 mire autem eciom nutilancie sol in singulis locis celitus

Divine fulserunt lampades quibus sacri corporis Disperse
 sunt partes; ac vero alacritate miraculi animati, quidam
 patrum ac zelo Devotionis aconvi membrorum mimiciam
 peddendim ad locum passionis accedunt. Mica res: in
 tegnum corpus reperiunt sanguine sinctum ^{10.} omni icatris
 cum notamine. Collunt, asportant et apud eandem basilicam
 sancti Michaelis recondunt. Per deconium a quo gleba
 sacri corporis in eodem loco requievit ingens dictarum
 lampadum splendor ab ecclesia non recepit. Et de tom
 innumera multitudine miraculorum ipsius perque domi-
 nus papa eius sanctitatem dignatus est operari, tam in vita
 quam in morte hic per pauca breviter inuentes miseremus
 ne lectores oneremus et scriptores.

10. tu tuba d.
 dai suie? -

Quodam tempore sanctus Stanislaus episcopus Craco-
 viensis ecclesie quandam villam super ripam Wyle flu-
 vii sitam Pyotravim dictam a Petro milite sedem, pro
 ampliandis bonis ecclesie et summam quam paelaod pe-
 curie publice ponderavit et persolvit. Tandem milite
 Petro defuncto, sepultoque in eisdem ville ecclesie cim-
 terio, amici eius seu fratres videntes quod rex Boleslaus
 prime correccionis iracientis contra sanctum episcopum
 in ipsam genium voluntatem, expectato bienio ut magis ira
 regis exandesceret exandesceret, monens episcopum ut
 sibi redderet villam supradictam sed eo ius suum defen-
 dente instigante Boleslao virum ipsum ad presenciam
 citare fuit compulsi. Quod plura et coram rege pfitetur
 querimonia deponitur, partes hinc inde audiuntur, causa
 litis discutitur, iudicium ventilatur. Ut autem lis cessaret in
 hoc regis et iudicium recedit sententiaque. Episcopus care-
 re hereditate, nisi venditorem statueret aut instrumentum
 exhiberet vel idoneos testes produceret. 12.

Cum autem beatus Stanislaus nominasset testes suos ^{12.} domienne pism
 i garba ukau...
 1249 -

7
Adoneas, approbati sunt et conscripti daturque ei terminus
nisi nisi in futuro colloquio circa Pyotravin compareat cum
testibus nominatis; sed cum dies advenisset, testes manda-
to curiam regis prohibiti comparere non sunt ausi, nec
tam evidenti facti roborare veritatem. Videns ergo ser-
vus Dei quod humanum sibi defuit auxilium, totum se
contulit ad divinum. Venit ad colloquium et coram cunctis
sic pontifex inquit peroravit. Quandoquidem regia domi-
nitas et principum Polonie communis equitas ex qua non
invenitur in terra veritas; Date mihi trium dierum indu-
cias ut ponam venditorem meum coram vobis ut testetur
eupis sit hec hereditas. Illis autem mirantibus quibus-
dam verba sancti visa sunt delictoribus; tamen ei quod pe-
tebat indulserunt.

Tunc vir Dei sanctis viris bonis et devotis per longum
orationes et vigiliis ingressus, ita dicens: Viri fratres! orate
dominium, fortes estote in fide nil dubitate, quia quicquid
orantes precierimus fideliter et constanter, efficaciter consequemur.
Veniebat itaque dies tertius tunc rex barones et po-
puli multitudo in Pyotravin conflaverunt. Cum autem
episcopus ibidem divina celebrans indutus pontificalibus
ad sepulcrum Petri venerit, apertoque sepulcro genibus
flexis flebiliter in celum tendens oculos cum lacrimis
orans dixit: "Miserere nostri Domine, orium qui vivorum
simul dominans et mortuorum, defende ecclesiam tuam quia
diminute sunt veritates a filiis hominum. Revoca quod
nuptens Domine ad vitam famulum tuum Petrum post
decursum trium annorum qui Lazarum iam fletentem
resuscitasti, roborata Deus virtutem tuam ut laudetur no-
men tuum in secula seculorum." Surgens tetigit cadaver
cum baculo et clara voce dixit: "In nomine patris et
filii et spiritus sancti, surge Petre qui dormis et exurge"

a mortuis, ut manifestetur in te potestas (?) sancte
trinitatis. Surge inquit et sta in medio da honorem,
Deo et ventatis perhibe testimonium ut augeatur fides
credentium et abstineatur os inique loquentium. Tui
continuo coram omnibus surrexit et dixit illi ma-
nam unacum eo ad concilium pervenit. Rex autem
et omnes populi stabant stupescit. De tam manifesti
et certi novitate miraculi ad deinde ait Petrus ad regem
et ad omnem populum: "Ego precibus et meritis beati
viri huius a morte sum suscitatus, a deo misus huc
veni ad defendendam veritatem. Testor ergo coram nobilissi-
mo Stanislas Cracoviensi episcopo Pyotravi in villam
quondam in eum precium vendidisse et pecuniam pro
ea recepisse. Heredes (?) quoque meos in eo nihil iuris
habuisse. Testes autem qui veritatem negaverunt timo-
re percussis gracia vel odio non peritura erit veritatisque
Deus est privabitur (?) consorcio¹³. Rex autem et tui
asruerunt (?) sancte fidei et veritatis comprobati episcopum
concepserunt esse iustum. Sanctus vero Stanislaus hys
peractis dixit Petro: "Si vis per aliquos annos vite
tue inducias impetrabo. Tui sibi gravior agens plus ele-
git vivere dicens, quod speraret se in brevi ad gloriam esse
venturum. Beatus ergo Stanislaus ipsum ad sepul-
crum duxit reverenter et honeste. Ille autem cunctis viden-
tibus sepulcrum introivit, membra componens pro se
oravit oraque percussit et corpus terre et domino spiri-
tum reddidit. Nec moveat aliquem tanti prodigium
miraculi cum simile beato Petro apostolo circa Maternum
seruum suum contigit discipulum. Lumen enim Petrus apo-
stolus Maternum metropoli Frevirensi destinasset ar-
chiepiscopum condiscipulum Marcialem sibi dedit in so-
cium.

13. Heres tu mi
doltad my - me
dat us wycy-
tai.

4

Ani Maternus triginta Dies elongatus a Roma infirmatur
 moritur et traditur sepulture. Marcialis vero ad Sanctum
 Petrum redire festinans quod audivit nunciavit. Quodcum
 Sanctus Petrus audivisset baculum suum tradidit dicens ei:
 "Vade tange baculo corpus eius sic dicens: " Petrus Apo-
 stolorum Christi magister tuus Materne percepit te iuge
 baculum eius accipere, Treverim perge, imple minister-
 ium tuum " Quo facto, continuo surrexit et mandatum
 adimplevit.

Post humulacionem sancti corporis eius beati Stanislai
 accidit in ecclesia sancti Michaelis ut quidam vir bonus
 ad sepulcrum eius cum profectus in tempestate noctis
 silentio ex devocione in oratione persisteret: vidit cum
 hijs qui aderant ecclesiam celesti lumine radiantem et bea-
 tum Stanislavum ad aram stare missam celebrantem ac
 benedicientem astantibus. Ipse etiam talibus pluribus
 suis sibi devotis apparuit et de multis que ad salutem
 pertinent anime et corporis docuit eos.

Quodam tempore postquam translatus fuit ad ecclesiam
 beati Wenceslai campana eiusdem ecclesie audite fuit
 conyultrari media nocte preter morem solitum ad desi-
 de Dominus Damianus decanus eiusdem ecclesie et
 alii canonici multi ad ecclesiam currunt ^(sic) ad hostiam
 (offiam) reservatam ^(cum) repererunt. Advocati autem clamoribus secu-
 lari duo senes boni viri Pyotres et Gromara responsum
 tale dederunt: " Vidimus beatum Stanislavum missarum
 solemnia celebrantem et circa ipsum chorum ministro-
 rum dei stantem et campana sonum quem audistis sine
 omni ministerio humano dederunt.

Quidam de Slavonia coriarius vir bonus et devotus

et simplex dum quadam die in aurora ut consueve-
rat, oraret in sua domuncula vidit campum qui iacet
unam vilam (sic) plenum magna multitudine in-
ter eos autem stabat episcopus pontificalibus indutus
homo canus et reverentis. Exivit autem quidam eoa-
vis venusta facie et vocans eum proprio nomine
ait quid stupes quid miraris? Scis, quis est iste ponti-
fex? et ille: "nescio Domine." "Iste est, ait, Sanc-
tus Stanislaus Cracoviensis episcopus, hec autem mul-
titudo, que precedit et sequitur meritis ipsius et precibus
suis salvata est. In autem in Cracoviam vade ad eule-
riam sancte Trinitatis et predicatori eiusdem eule-
rie peccata tua confitere, dicque tibi quos vidisti et au-
disti, insuper tibi nuncia quod in Polonia sunt ad-
huc sex sancti et electi Dei quos deus insignis miracu-
lis ostendit temporibus oportunitis.

Hec sunt miracula pauca de multis que districto
examine magnarum sunt previsa personarum.^{15.}

Na (nota?) Dominus Innocentius papa Dominis vene.^{15.} (Tunc know uo
randis et districtis Sulconi archiepiscopo Gnesnensi Tom. tad primo)
Votislaviensi episcopo et Alberto Lubucensi Cisteriensiis di-
vini comisit hoc examen. Quo tandem examinato per fratrem
Jacobum de ordine minorum discutere non neglexit de latere
suo.

Primo de filio Richardi Lombardi sulicet (?) Caplino suis. ^{16. more suscita-}
citabo.^{16.} To. —

Item de filio Wenzelai Wilhelbo gin defunctus abortu solis
noque gallicantum iacuit in feretro et ad invocacionem
sancti Stanislai suscitatus.

Item de filio Petro filio Ungari nomine de secreto. et post votum parentum suscitato.

Item de filia Andree submersa et suscitata.

Item de puero qui in Gornice de ponte cadens in Myslam est submersus et a Sancto Stanislao suscitatus.

Item de peregrino ipsius qui in peregrina a predomileus occisus, per sanctum suscitato.

Item de Gorlas milite de Moravia qui graviter a festo Michael usque ad cenam domini languit et sancto votum rovens sanatus est.

Item Bogustaus filius peregrini filium habuit Nicolaum gra. visum per annum caduco morbo laborantem. Qui ductus ad sepulcrum sancti Stanislai postquam osculatus fuit plenam recepit sanitatem.

Item Damianus filius Bogustai de Grodia ductus morbo tam graviter sustinebat quod quandoque quater, vel quinque et aliquando decies cornebat per unum, perturbatus, beatum Stanislauum invocavit promittens agrum dare ad sepulcrum omni anno et plenam adeptus est sanitatem.

Item sacerdotem quendam leutonicum cecum monuit in visione beatus Stanislauus ut vocaret se iterum in Cracoviam et honorare tumbam eius et adiret: "Mitte manum in bursam ad nummos quos reperies et primum peregrinum quem videbis mitte in Cracoviam." Sacerdos respondit ad hoc: "Domine per animam nullam penes me puto habere pecuniam. Tuere inquit et invenies." Am

virgens eundem parochiano socio suo relulit dicens, "Nec
sciam quod nullam habeam denarium volo tamen obe-
dici proferensque de bursa duos quod miseratus inve-
nerat denarios (sancti Stanislai) ipsos vidit peregrinos,
quos sibi statim occurrenti tribuit et eum se properasset,
lucina beati Stanislai visitavit.

Item puella quaedam se virginem simulans cum non
esset, cum matre nudo capite visitavit membra eius
cum ad orationes se inclinat et tundens caput, super
terram cecidit solum eius, quod ipsa recipiens et utaque
manu caput planans omnes cornas abstraxit a capite
et veluti novacula acalissima rasa calva fletit. Suspens
autem et confusa reatum suum non modicum contra ta-
publice ~~confit~~ confitetur, ps (psalmus 17) imple facies eo-
rum ignominia et querent nomen tuum Domine.

17. najmsrej.
psalens.

De Maxovita
quodam.

Item quidam masoviensis erat in Krakoviam cum sociis
equum habens monoculum. Qui cum esset scurrilios et pro-
clivus ad loquendum dixit ut socios ad risum provocaret. Non
est ingens (mirum) si beatus Stanislauus dat familiaritatem
hominini qui eum scilicet petere, maius autem esset miraculum
si equo meo redideret oculum quem amisit. Non valeret enim
sanctus Stanislauus non petenti beneficium prestare. Cum
que argueretur a sociis et ipse in blasphemia persisteret,
subito eius oculus crepuit et equus eius oculum recepit.
Cuiusdams vexacis intellectum per penitentiam ductus se fulta
locutum contra sanctum eius confesione postquam ad sepulo-
rum sancti Stanislai venisset, penitens, misericordiam Sta-
nislai invocaverat oculum recuperavit quem amisit.
Celebrata canonisatione beati Stanislai quidam subbita

cum uxore et pueris tenellis processit ad limina martyris
 in Cracoviam equum habens pro parvulis in carruca et
 cum esset infra metas Polonie equus montus, bonus homo
 turbatus assumptis pueris quoddam baculandicum uxore
 alios ducendo cum vicinis cepit ire; hauniga vero relicta, cum
 equum excoriasset accepta pelle in humeros domesticum
 sequebatur. Sed vir bonus fatigatus cum parvulis post
 modicum quiescebat et cum retis respiceret vidit seruum pel-
 tem in baculo baculantem mox ad partem respiciens vidit
 equum per rubeta hincientem, quo viso mulier ait viro.
 "Vide hic equus noster est vel sibi prosit. Cui vir "Cur fru-
 stra deciperis. Nonne vixit ecce puer autem portat." Et
 ecce seronō appropinquere volens pellem de baculo lato proi-
 cere nil invenit. Appropinquantes autem equum diligenter insuen-
 tes illius reperierunt cicatrices sanguine tinctas et recent-
 tes sicque equo infrenato domesticus cum auniga procurru
 revertitur et cadaver minime repererat. Illi magnalia
 martyris Stanislai predicentes leti properant in Cracoviam
 ubi equum circum suspendentes in propria edicunt consolati.
 Quendam nobilis Andreas de Moravia in Prussia in curia
 cuiusdam nobilis sed pagani undique flammis circumsep-
 tus de vita desperans invocato devote nomine sancti Sta-
 nislai mox vidit flammam contra quendam porticum per
 quem pergens meritis sancti Stanislai piam sibi prepa-
 ratam intellexit, evasit. Quid plura? Illi martyr glorio-
 sus cecis visum, surdis auditum, mutis linguam, claudis
 gressum largitus reddit, ad eorum invocatus morbos curat
 paraliticos solidat, demones fugat, sanilitatem restaurat, hic
 beatus. Recitatus coram papa Innocencio totaque curia
 sedis/

apostolice prefatis et aliis quam plurimis miraculis
Dominus Reginaldus tunc Hostiensis episcopus post
ea vero Alexander antiquitate temporis allegando for-
cius resistere videbatur. Superfactus autem auditori ecclesie
Dominus Johannes presbiter quod non esset ad missa tanta
miraculorum aut magnaliorum tot testibus roborata, ma-
nistum Jacobum dixit esse ecclesie Cracoviensis nuncium,
necessarium est secundum nostrum miraculum operari per
quod Dominos Cardinales faciat concordare. Sic ergo negotio
permanente in pendulo predictus Reginaldus Hostiensis
episcopus egritudine gravi detentus corripitur et decumbens
flagellatus ad extremum vite iam credens se propinquare
omnes pellets camera ut consciencie et anime provide-
ret actum, ad Dominum Innocencium papam misit ro-
gens ut ipsum visitaret, et reficeret sacramento. Cum
autem sic iaceret vinctus fecit ante lectum eius visitari
liter indutus pontificalibus martyr Dei Stanislaus et an-
vigilas v. requisivit. At ille: "Vigilo inquit." Quis enim
es tu? "Et ille." Ego sum Stanislaus Cracoviensis
episcopus cuius hactenus fusti adversarius! "Eger
spiritu revivente respondit: "Presul sancte mihi ob-
secro, ignosce: penitet me: tue obfisse sanctorum.
In hoc me Christi ministrum agnosce. Surge sanus
esperam nulli impedire quod Deus vult ad salutem pluri-
tudinum perficere." Et his dictis disparuit. Eger
vero sanus surgens postquam letus comedisset, Domi-
no apostolico festinavit obviare. Tuo agnito papa stu-
pet videns sanum quem putabat pro mortuum. Cum

que quesisses quomodo tam subito sanus es et effectus,
 Ille ait: " Sanctus Stanislaus Cracoviensis episco-
 pus misus a Deo medicus, meam ignorantiam incre-
 pans, pristinae me sanitati restituit. Unde se inscius
 voluntati Dei et consilio restitit. Si canonisationem
 a vestra paternitate supplex implores beati pontificis
 et martyris Stanislai. Nec mora mox papa cardina-
 libus convocatis omnium voluntate et consensu beatum
 oracionemque e Stanislaum sanctorum martyrum ascribens catalogo
 ius pronuncians missarum solem claras martyrum festivitates octavo idus mai solempni-
 bus celebratis ve-
 nerabilem epis-
 ter agi instituit. Acta sunt haec coram papa Inno-
 cencio IV. anno gratie MCC (sic) Junij.

 oracionemque e
 ius pronuncians
 missarum solem
 bus celebratis ve-
 nerabilem epis-
 #



Notaty do
 zywota S. Sta-
 nislaw - } w dawnym katalogu Opatow: Bibl. Jagiell. Akademii w
 Krakowie znajdujaca sie: Bulla kononizacyi S. Stanislaw
 Bis Krak^o prou papwie Alexandra IV wydane. —

w Bibl. Senatu Lipskiego znajdujaci MS. pod L. CXCV. ee.
 z napisem: Innocentii IV papa Bulla canonisationis S. S.
Stanislawi Cracov^o Epi & Martyr^o. Incipit: " Olim a
 gentiliu oculis tenebrarum detera caligine de: " Explicit:
 " de inuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus; Dat.
 (M.) ap^ost^o XV Kald. Septembris pontif^o notri a^o undecimo. (1254.)
 powyrsza Bulla umieszczone w wielkim Bullarisku Luksembur-
skiego wydania TI. p. 99 seq. —

Wey

Wporgaminowym z w. XIII. Annale Krakowskiej katedry, którego kopję
widziałem w posiadaniu p. Augusta Miłowskiego
najdziej w następuj. dwa zapisy o Świętym Stanisławie.
(p. 54.) „ II] Idus Aprilis sanctus Stanislaus Cracoviensis
Episcopus interfectus est. ” (zerwono).

(p. 85.) „ XII] Kalend. Septembris Gedeco Episcopus obiit. Venerab^l
pater Dominus Prandota Episcopus Ecclesie Cracovien^s
qui multas hereditates, libertates et alia bona Eccle-
sie sue presentavit. sub quo sanctus Stanislaus
de tumulo levatur, canonizatur et Catalogo san-
ctorum ascribitur. obiit. ” —



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.

Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.